

E P I S T O L A  
B. GOMESII MIEDIS  
ARCHIDIACONI SAGVNTINI

Canonicique Valentini, ad Sanctiss. D. N.  
Gregorium XIII. Pont. Max.

Describens prodigiosum euentum cuiusdam Arculae sacra  
deferentis: quæ ab ipso, tempestate cogente, in profundum  
abiecta, longo post temporis atque loci interuallo, in  
eas tandem oras, in quibus saluus idem ipse con-  
federat, integra & illæsa emergens,  
in manus perducta est.



VALENTIAE.

Ex Typographia Petri à  
Huete. 1576.

BEATISS. D.N. GRE.  
GORIO. XIII. PONT. MAX.

BALGOMESIVS MIEDES ARCHIDIA-  
CONVS SAGVNTINVS S. P. D.



X literis amicorum, quas accepi nuper, ac  
quorundam etiam hominū sermonibus, qui du-  
dum istinc venere, intellecti quidem, rumores  
quosdam, de mea in Hispaniam nauigatione,  
atque de prodigioso quodam mēa quoq; Arculae euenu, va-  
riè confuseque Roman, ad. S. V. fuisse perlatos: ac liceet  
constantes illos, vſq; adeo tamē sine auctore adhuc, ſineq;  
ratione dissipatos; ut velipsa rei dignitas cum indignitate  
pugnare; atque nulla fere in parte ijdem inter ſe cohārere  
videantur. Proinde operæ pretium me facturum existima-  
ui, ſi nudam, apertamque rei veritatem B.V. his litteris  
referrem: & vt commentitijs vulgi adſcriptionibus occur-  
rerem; & in tanto negocio, quod in diſquisitione diuinæ, na-  
turaliſue facultatis poſitum eſt, ne quaquam obſcuris vera  
inuolui permitterem. Et quoniam hæc ipſa dudum, quem-  
admodum geſta, à nobisque, & perſpecta oculis, & perpen-  
ſa animo fuere, breui narratione comprehendimus; eaque  
noſtriſ de Sale Commentarijs (quos multo etiam locupletio-  
res nunc edere paramus) diligenter adſcripſimus, vbi ad  
emittenda ē mari humana corpora, de marinæ aquæ facul-  
tate ac vi, agitur; idcirco ab eisdem, totidem translata illa  
verbis, S. V. proponimus.

GREGORIO. XIII. Pont. Max. conſequenti post

faris Cæsari (ut noster pronuntiauit Seruator) sic & quæ  
Dei sunt, Deo attribuere. Quamquam diuina, naturaliaue  
illa esse dixeris, diuina dices. Quid enim aliud est natura,  
auctore Chrysostomo, quam secreta Dei manus? Quid sacro  
sancta tua benedictio, qua me auctum in patria dimisisti, quā  
diuini cuiusdam in terris numinis fauor & summa gratia?  
quibus tanquam prosperis fortunæ flatibus, terrâ marique  
incolmis in mea perductus sum? Quæ omnia, quò magis in  
tuis maximis laudibus ponenda duximus, eò quidem excell-  
entius in maiorem sunt Dei gloriam referēda, qui te, talem  
ac tantū Christianæ suæ Reipub. Pontificem dedit, ut qua-  
lis ipse sis omnibus, quamque beneficus, & humanus uni-  
uersis, ex in facile colligant, quòd te, mihi vel omnium mini-  
mo, atq; summissō sacerdoti, humanissimū, meis verò Cano-  
nicis, & Capitulo Valentina Ecclesiæ (me quidem supplice,  
tuaq; pro ipsis poscēte numina) liberalissimū, æquè ac bene-  
ficientissimū præbueris. Ergone tanta obstricti demū memo-  
ria beneficiorum sempiterna, cessabimus in iugi perenni que  
sacrificatione ac precationibus, quas nunquam intermitti-  
mus, cælestem Deum patrem deprecari, faxit, ut  
viuas felix, beatus, & eternus? Valentia  
pridie Kalen. Nouembr.

CIC. IC. Lxxvi.

